



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 83. Sorbonnæ decisio circa obedientiam Regi debitam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

propter confirmatum Unionis decretum **Sæcul. XVI.**
grates egisset, omnes Regni Urbes hor-
tabatur, ut præfatam unionem conser-
vare studerent: insuper vitia, quæ in
Clero, Nobilibus, & populo grassan-
tur, detegens petiit, ut iisdem efficacia
opponantur remedia. Demum fusius
enarratis omnibus Regiminis corrupte-
lis Reginam Matrem, & postea Reginam
adhuc regnantem amplis honorabat
elogiis, hacque ratione suum absolvit
sermonem.

A.C. 1589

§. LXXXIII.

Sorbonnæ decisio circa obedientiam Regi debitam.

Fideles probe instructi cum tot dicte- **Thuan. t. 94.**
ria, quæ e pulpitis in Regem ef- **Mem. de la**
fundebantur, ægerrime ferrent, hinc **Ligue t. 3.**
fœderati suam factionem numero ma- **pag. 192.**
gis celebrem reddere intenti arbitra- **Cayet Chron.**
bantur, quod eo facilius plures ad sua **Nov. t. I.**
studia pertrahere possent, si quamdam **Journal de**
decisionem fide dignam, quæ ipsis pro- **Henri t. I.**
pitia esset, populo exhibere valerent: **pag. 3.**
eapropter Parisinæ Facultatis Theolo-
gicæ Doctoribus Præfecti Mercatorum,
atque Urbis Parisinæ Ædilium nomine
libellum supplicem porrigebant, in quo
duos hosce conscientiæ casus decidi po-
stulant. I. An Franciæ populus jure-
jurando Henrico III. præstito so-

Tt 4 latus

Sæcul. XVI. latus esset. II. Utrum sine mortu
A.C. 1589. conscientiæ posset in hoc regno arma
 capere, fœdus inire, pecuniamque co-
 gere pro defensione Religionis Catho-
 licæ Apostolicæ Romanæ contra pes-
 verfa consilia, machinationes, & co-
 natus ipsius Regis, & ejus fautorum
 eoquod hic Blæsis fidem publicam
 violasset in Catholicæ Religionis detri-
 mentum, & edicti unionis, ac libe-
 tatis comitiorum præjudicium.

Ut Facultas ad utrumque hoc cap*e*
 responderet, hinc die septima Januarii
 ptuaginta Doctores in Collegio Sorb-
 nico congregabantur, ut pro more po-
 Sacrum de sancto Spiritu celebratum
 diu, ac mature rem in deliberatione
 vocarent, tandem vero a Collegii De-
 cano pronuntiatum, decretumque ei-
 quod populus a jurejurando de obedi-
 tia, & fide Henrico III. præstanta omni-
 solutus esset, atque contra Regem pro
 defensione Religionis arma capi, fœde-
 iniri, pecunias colligi, salva conscienc-
 ia, tuto possent: visum insuper huic
 Collegio, ut ejus decretum ad Pontificem
 mitteretur, isque rogaretur Col-
 legii nomine, quatenus auctoritate
 illud approbaret, & auxilia afflictæ
 Francia Ecclesiæ submitteret. Post
 instrumentum publicum ea de re con-
 fectum, & mox typis mandatum est
 qu.

quinimo iidem Doctores die quinta Apri- **Sæcul. XVI.**
lis eo imprudentiae devenere, ut etiam **A.C. 1589.**
decernerent, quod Regis nomen e Missæ
Canone deleretur unacum solitis preci- *Journal de
Henri III.
t. I. part. 2.
pag. 317.*
bus, quæ pro ipso recitabantur, ea-
rum autem loco tres alias concinna-
bant, scilicet, collectam, Secreta, &
postcommunionem, ubi Deum roga-
bant, quatenus Principes Christianos,
qui pro sancti ipsius Nominis defensione,
& pro salute fidelium arma sumperunt,
protegere dignaretur, ut hostium suorum
cruelitas reprimatur, eorum audacia
refrænetur, atque ipsorum insidiæ de-
clinentur.

Verum quantumvis istud concordi om-
nium consensu, ac nemine repugnante
fuisse sancitum, in ipso hoc Facultatis
decreto asseritur, constat tamen, quod
nonnisi a quibusdam seditionis Doctori-
bus, Aubrio, Prevotio, Boucherio, Pelle-
tiero, Burgoino, aliisque sacro fœderi ad-
dictissimis conflatum sit, hique suis vio-
lentiis juniores quosdam ad se pertraxe-
rint. Ceterum Facultas hoc decretum
nunquam tanquam opus suum agnosce-
bat, prout ab illo tempore semper, ac
sæpius testatum fecerat.

§. LXXXIV.

*Parisenis Curia a Fœderatis
capta.*

Tt 5

Præfa-